UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Resolutiones disputationum de Jndulge[n]tiarum virtute F. Martini Lvther Avgvstiniani Vittenbergensis

Luther, Martin

[Wittenberg], 1518

VD16 L 5787

Con: LX. Sine te[...]eritate di[...]im[us]/ Claues Eccl[es]i[a]e (merito Chr[ist]i donatas) esse thezauru[m] istum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-32315

Visual Library

pœnarꝫ remiſſionē, non tm̄ Canonicarꝫ, cum non ſit maius damnū, q̄ tolli imaginē filij dei ab hominibus, & eos ſpoliare theſauris ineſtimabilibꝰ, de quibꝰ, S. Hagnes, iucūda & beata iactātia ſuperbiebat, appellans eos, vernātes, choruſcātes gemmas, ac ornamenta, monilia precioſa &c̄.

ℭ CON: LIX.

Thezauros Eccl'iẹ. S. Laurētius/ dixit eſſe paupes eccl'iẹ/ſed locutus ē vſu vocabuli ſuo tpe.

Patet ſatis ijs, qui legendā. S. Laurentij viderūt, deinde, nō eſt nūc vſus vocabuli, vt Thezauros Eccl'iẹ, vocent homines pauperes, Sed patrimoniū Chriſti & S. Petri appellamus, qđ palea quedā, ſine tn̄ grano Conſtātini, dedit eccl'iẹ, Ideo & pſ ij. vbi deus dicit Chro, Poſtula a me & dabo tibi gentes in hęreditatē, & poſſeſſionē tuā terminos terrę, intelligi oportet oppida & agros ab oriente in occidentē, Alioquin nr̄o tpe ſiquis loquatur aliter de rebus eccl'iẹ, & ſpūalibus, erit barbarus nobis, licet & B. Laurentius facultates eccleſiẹ dixerit, diuitias, ſed non ſolas.

ℭ CON: LX.

Sine temeritate dicimꝰ/Claues Eccl'iẹ (merito Chri donatas) eſſe thezaurū iſtum.

Si iſtud meritū vocaretur, & theſaurus indulgentiarꝫ, ſcz, ptās Clauiū, plana eſt intelligētia, Nullus enim dubitat, quin merito Chri donatū ſit eccl'iẹ, quicquid donatū eſt.

ℭ CON: LXI.

Clarū ē enī/q̧ ad remiſſionē pœnarꝫ/& caſuum/ ſola ſufficit poteſtas Papẹ.

ℭ Probatur ex ipſo ſtilo Papẹ, dū nūq̄ meminit meritorum Chri in ligando aut ſoluendo, ſed tātūmodo dicit de plenitudine ptātis, ex certa ſcientia, & motu ꝓprio.

Secūdo, ex cōmuni oim ſnia ꝓbantiū, indulgētias, virtute illius verbi donari, vbi Chriſtus dicit, Quodcūq̧ ſolueris &c̄. Quod verbū putant ſine vigore eſſe, niſi poteſtatem donādi permitteret, Quare & ipſi ſolam ptātem intelligunt ſufficere, nulla aūt auctoritate ꝓbant theſaurū, ſed hāc auctoritatē velut ſufficientē adducūt, quę tn̄ ſonat nudam poteſtatem, non aūt applicationē meritorꝫ.